



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De modo visitationis, cap. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

*Cæsari : & quæ Dei , Deo : vnicuique quod suum est , vti iustum Principem rectè de-
cet.*

De modo visitationis.

CAP. III.

VISITATOR.

QUamquã vero ista non velut rigida præcepta euulgare possumus, ne nouas Decretales Papales erigamus, sed velut historiam aut rem gestã, atque etiam velut testimonium confessionemque fidei nostræ : Speramus tamen, omnes bonos ac pacificos parochos, quibus Euangeliũ serio placet, ac delectabile est, vnanimiter ac similiter nobiscũ acturos, sicut facere nos docet Paulus Philip. 2. Vt sese visitationi huic subiiciant, eãque nobiscum pacificè obseruent, donec Deus spiritus sanctus aliquid melius vel per ipsos, vel per nos incipiat. **S V E R.** Quid híc audio? Aut verbum Dei proponitis, & hoc vtique manet in æternum: Aut aliquid docetis, & eritis nobis Anathema, non minus, q̃ Papistę. Verus enim cultus Dei ex verbo ipsius discitur: Quicquid autẽ preter & extra verbũ Dei erigitur, veluti per adinuentiones humanas, non Dei, sed Herodis hypocriticus cultus est certissimè. **L V T.** An verò præcepta non sint, Visitator, ad quorum obseruantiam comminaciter compellit alios, imploraturi Principis opem contra dif-

*In li. Visit.
Saxonia.*

*In libello;
De differenti-
a inter ve-
rum & fal-
sum cultum
Dei.*

*In li. Visit.
In commen-
ta. super
psal.*

DE QUATVOR VISITATOR.

sentientes? At hanc vestram, & superbiam & perditam temeritatem taxat Psalmographus, mox in primò primi psalmi versiculo, quòd a lege Domini abeatis in consilio, impiorum, proprio vos regentes consilio prudentes in oculis vestris, & apud vosmetipsos. Opponit ergo ibi consilium impiorum legi Domini, vt discamus attendere, à lupis in vestimentis ouium, qui prompti sunt consulere, omnes docere, omnes iuuare, cùm nihil minus possint. BARR. Si mihi licet Decretales Papæ, Conciliorum, Decreta, Leges & Mandata Imperatoris, omniumq; Principum pro libertate Christiana, nedum contemnere, sed & cõculcare, vestras ne res gestas preclare huius visitationis, legum vice acceptem aut obseruem? Qui estis, obsecro vos, quales & quanti? Nõne homines priuati? neque Principes, neque Pontifices? At principis (dicitis) autoritate missi sumus: Bene habet, sed fatemini hîc, neque ipsi etiam Principi commissum esse, vt doceat, regâtque in rebus Ecclesiasticis, quomodo ergo det vobis, quod ipsemet non habet? Dico itaque, neque Papa, neque Episcopus, neque vllus hominum, habet ius vnus syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi id fiat eius consensu. Quicquid aliter fit, Tyrannico spiritu fit.

In lib. cõtra Catharinũ. ECCLE. Rectè ais, Barraba: quinimò si quis te cogere velit. (Quamadmodum fecit Papa cum legibus suis) ne comedas carnem

In lib. Visi.

In cap. Babylon.

In 500. art. art. 391.

In Ser. fe. 4. post Innoca.

feria sexta, sed pisces, similiter in quadragesima, non ova, non butyrum &c. Hic nullo pacto finas te à libertate, in quam te Deus posuit, extrudi, sed in eius despectum, contrarium agas, & dicas: Ob id ipsum sanè, quòd prohibes mihi esum carniùm, & conaris ex mea libertate præceptum facere, ideo in despectu tui vescar illis. VIS I. At nos neminem cogimus, sed benigne petimus, vt institutis nostris consentiant reliqui, donec Deus vel per eos, vel per nos aliquid melius incipiat. E C C L E. Satis liquet, quàm benigna sit hæc vestra petitio, quæ tam cito vim opemque Principis contradicentibus, minaciter obtendit. Sed dic mihi quæso, In quo se interim fundabit fides & conscientia nostra, donec melius aliquid incipiat Deus? Hæccine est fidei vestræ certitudo, dubitare ac hærere in traditionibus istis, donec melius aliquid incipiat Deus? At dicam tibi hic, quod Papæ dicere soleo, Papa, tu conclusisti cum Conciliis, nunc habeo ego iudicium, an acceptare queam necne, iuxta verbum Dei, Attendite à falsis Prophetis. Quare? Quia non stabis pro me, vt respondeas, quando moriendum est mihi, sed me ipsum videre oportet, quomodo faciam, vt rei meæ sim certus. Non indigemus igitur dubia ista visitatione vestra: Quia oportet nos ipsos esse iudices, atque habere potestatem iudicandi super omnia quæ proponuntur nobis,

*In lib. Vifi.**Ibidem.**In 500. art. art. 118.**In Serm. Attendite à falsis Prophetis.**Ibidem art. 124.*

DE MODO VISITATIONIS.

ob id sanè, quòd super nullum hominem ædificare possum, sed me ipsum respondere oportebit, quando moriendum fuerit. V I S I. Profecto nisi dimissis huiusmodi contentionibus, vnanimiter cõsenseritis nobiscum, liberè cum Papistis concludã contra vos, diabolũ, omnis discordiæ patrè, esse Doctorem vestrũ : Ait enim Paulus, Deus non est deus dissentionis, Et omnes Christiani vnus sc̃sus sunt. Eph. 4. Nõ facientes schismata. i. Cor. i. Atque ita spiritus vester ex fructu discordiæ dinoscetur. SV ER. Conclude, vt lubet, nunquã coges me à verbo Dei certo ad incertas istas Visitationis vestræ regulas, quas paulopòst rursus vel mutaturi, vel abrogaturi estis, si quid melius à Deo inspiritũ fuerit: Ea autè certitudine & fiducia tẽ tandũ nobis est quid prestitum, vt nõ modo totius mũdi iudicia pro foliis leuibus, & summis aristis habeamus, sed & armati sumus in morte, aduersus portas inferi. Quin etiã aduersus iudicium tentantis Dei, pugnare, & cum Iacob cõtra Deum præualere: mundi enim voces occlusis auribus, vtcunq; etiã infirmiores contènere possunt. At conscientia quis occludet, ne Satanã, ne iudiciũ Dei sentiat? M A R. Quis hanc, Suermere, nimis insanam impiãque pertinatiã tuam probet, vt contra omnes homines, atq; etiã cõtra Deum ipsum obstinatè innitaris prudẽtię tuę? Absit à me ista temeritas: Nam longè tutius est audire Ecclesiã, quę errare non potest, cum sit basis & colũna veri-

In lib. 2. cõtra Zuinglium & Oecolam.

In lib. de Abroganda Missa pri.

In Resolu. circa prin.

tatis. i. Tim. 3. Idcirco haud semel protestatus sum publicæ, me prorsus nihil dicere aut tenere velle, nisi quid in, & ex sacris literis primò, deinde Ecclesiasticis patribus ab Ecclesia Romana receptis, huc vsque seruatis, & ex Canonibus ac Decretalibus Pontificiis habetur & haberi potest. **D O C T.** Rectè facis, Martine, quia sapiens non frustra prohibet vnicuique, ne inuitatur prudentiæ propriæ, ne ve sapiens sit in oculis suis. Non placet igitur mihi hæc inter nos fratres, cõtentio, vsque adeo & discors & pertinax, Ait enim diuus Iacobus, Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quia maius iudiciũ sumitis. Magistros quidem fieri, non est malũ sed quòd multi volũt fieri, id est, quòd volũt esse diuersi, neuter neutri audiens, hoc est, quòd maius iudicium sumunt, quia per eos turbulentissima sit dissensio, vt plures sint qui doceant, nulli qui audiant, & quilibet contra alium, omnes repleant dissensionibus, sicut hæretici faciunt in Ecclesia.

De 10. præceptis, cap. 5

COCLÆVS.

Cui partiũ hic assētiaris Illust. Princeps? Nullo profecto firmiter adhærere poteris, nisi ei quæ sentit cũ Ecclesia quæ supra petrã fundata est. Math. 7. et 16. Visitatores enim isti nimis dubiè hærent & ambigunt, edificantes in harena. Suermerici autem pertinaciter suo cerebroso innittuntur capiti, & pacem non amat Barrabas iste inueteratus; Ecclesiastes deniq;

In oratione
Dominica
explanata.

contempta Papæ, Conciliorumque; autoritate,
sua sequitur somnia vanissima, populumque
simplicem sceleratè concitat ad rebellandum:
Quanto satius igitur fuisset, tuo iussu aut sal-
tem permissu compescitum fuisse Lutherum, ne
per furiosam iracundiam, abyssalemque (ut
ipsemet vocat) superbiam, contra tam crebras
promissiones protestationesque Doctoris &
Martini, Papam simul cum Conciliis, totaque
Ecclesia Dei usque adeo irreuerenter perui-
citerque contemneret, calumniaretur, ac male-
diceret: quam nouam præscribi ab eo sacrorum
ordinationem Parochis, per quam ludibrio sit,
non solum Ecclesiæ filius, quos impugnat, sed
& Suermeris suis populisque tuis, qui probe
sciunt, quam contraria scripserit ante.

De doctrina Christiana.

CAP. IIII.

VISITATOR.

In li. Visit.
Saxonia.

Comperimus igitur in doctrina hunc præ-
cipuæ defectum: quod aliqui, licet de fi-
de per quam iustificemur prædicent, non iudi-
cant tamen sufficienter, quomodo ad fidem
perueniatur, ac fere omnes eam particulam
omittunt, sine qua nemo intelligere potest,
quid fides sit aut vocetur. Christus enim ait